

*Lambaesi rep. (Eph. ep. 3, 1276 cf. 7, 565 Schmidt vedit ectypum). — 1) A. 161.  
 — 2) Primi ordines cum olim ei centuriones dicerentur qui loco et virtute super  
 ceteros eminebant, inde ab Hadriano certam partem centurionum legionis certo  
 quodam sensu dictos esse primos ordines putat Mommsen eph. ep. 4 p. 239, in in-  
 certo relinquens quatenus per venerit haec appellatio primorum ordinum. — 3) De  
 evocato legionis cf. Mommsen Eph. ep. 5 p. 150. 151. — 4) leg. III erasum et  
 postea restitutum (cf. N. 2296 not. 5). — 5) Cf. supra N. 1082. — 6) Mirum duobus  
 centurionibus adscriptum esse vocabulum primi pili. Mo. putat eo tempore quo  
 monumentum factum est primipilo substitutum esse alterum, utrumque autem ad  
 impensas monumenti contulisse; similiter explicandum esse quod cohortis octavae  
 septem, sextae octo recensentur centuriones. — 7) Quod in cohorte nona quinque  
 tantum centuriones recensentur, Mommsenus ita explicat ut in ea cohorte unus  
 forte locus vacaverit. — 8) Idem qui supra N. 2242. — 9) Cf. not. 5.*

**2453** Marti Aug. sac. | C. Cusp. Secundus | exercitator leg. | II Adi.  
 pro salute | militu et sua, | quod evocatus vovit, centurio solvit | l. m.  
*Aquinci (III 5470 bis descripta).*

---

**2454** ter. Aug[usti]¹ dividit | prat. leg. | IIII² et agrum Iulio|brig.<sup>3</sup>  
*Prope Retortillo qui locus est prope Reinosa, inter Burgos et Santander, rep.  
 cippi complures eadem inscriptione inscripti (II 2916 bis descripti).*

**2455** [t]er. Aug[u]st[i]¹ dividit | [p]rat. leg. IIII² | [et] agrum Se]-  
*[gisa]mon.<sup>4</sup>*

*Prope Villasidro rep., deinde Burgos, cippus similis (II S. 5807). — 1) Ter-  
 minus Augustalis. — 2) Legio quarta est Macedonica, de qua cf. supra N. 2248. —  
 3) Iuliobriga oppidum Cantabrorum Plin. h. n. 5, 27. — 4) Segisamo memoratur a  
 Plinio h. n. 5, 26 et in itinerario Antonini, item ut videtur a Ptolomeo 2, 6, 51.*

**2456** imp. Caesar | M. Aur. Severus | [Alexander P. F. Aug.] | balneum  
 a solo | territorio leg. | II Ad. p. f. S.<sup>1</sup> fecit, | curante Fl. | Marciano cos.<sup>2</sup>  
*Aquinci (Ofen) (Eph. ep. 2, 696 vedit Mommsen). — 1) Legionis secundae  
 Adiutricis piae fidelis Severiana. — 2) Consulari.*

---

**2457** thermas maiores | leg. II Adi. Cladianae | magno tempore in-|-  
 [te]rmissas et destitutas, | [re]tractatis porticibus | [a]ditibusque (complura  
 legi non potuerunt) . . . . C[il]eme[n]tis Silvi<sup>1</sup> et cura Ael. Frontini praef.  
 le[g.] eiusdem, Pater[no] II et Mariniano co[s.]<sup>2</sup>

*Aquinci (Alt-Ofen) rep., est Pest in museo (III 5525 cf. eph. 2, 655 vedit  
 Mommsen). — 1) Idem praeses est in titulis Aquincensibus supra N. 548 et arch.  
 ep. Mitth. 14 p. 65. — 2) A. 268.*

**2458** Hercul[i] | L. Calpur[n]ius Proclus<sup>1</sup> leg. Au[g.] | leg. I M. p. f.<sup>2</sup>  
 | [p]eracto ope[r]e valetudinar[i].

*Bonnae (l. Klein ann. Rhen. 75, 1882 p. 64). — 1) Ad eundem pertinet titu-  
 lis Ancyranus C. I. Gr. 4011. — 2) Legatus Augusti legionis primae Minerviae  
 piae fidelis.*

---